

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Ioannes Oporinvs

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

IOANNES OPORINVS  
Bafiliensis.



*Sifamam eternam Typicæ do sedulus arti:  
Aeternum cur non reddit & ipsa decus?*

M. D. LXIX. T ij

IOANNES OPORINVS BASIL.  
Typographus.

Doctus, Operosus, Elegans,  
Libris innumeris  
Partim à se scriptis, partim publicatis;  
Virtutum Hærede ex IV. coniuge, vnicō  
relicto:  
Pub. Lacrimis: Prīuatā pietate;  
Sexagenario Maior mortur.  
Anno M. D. LXII X. VI. Iulij.  
Natus anno M. D. VII. XXV. Ianuarij.

\*

Frugifer Autumnus pergit, Düs notus & orbi:  
Orthion elapsus nautis, meditatur Arion.

\*

Quantula sint hominum corpuscula, disce viator:  
Magnus Oporinus conditur hoc tumulo.

IN

IN IOANNEM OPORINVM.

LVDOVICI ROCHEFORTII.

*Quis sit Oporinus, si percontaris, & ipsum  
Exiguo hoc claudi marmore posse putas:  
Rusticus es, toti cum sit notissimus orbi:  
Tota ipsis tumulus terra nec esse queat.*

IOANNIS SAMBVCI.

*Quis tua non vidit preli monumenta labores?  
Quae minima aut caruit bibliotheca typis?  
Ars fuit inuenta hac Germanis, laude perenni:  
Extulit hanc Aldus, perpolijq; rudem.  
Perfectam exercebat sex & triginta per annos:  
Casaris ut superes nomine rebus opes.  
At tibi iam emerito pateant celestia templi:  
In terris semper nomen honorisq; vigent.*

HIERONIMI VVOLFII.

*πάσαι Οπωρινή μυηματία βιβλιοθήκη;  
σώμα δενεναντίος σύμα τόδι διερέχεια.*

GVILIELMI XYLANDRI.

*Aurea non mortalis adiuit Oporinus astra:  
Parte suirepetens deteriore solum.*

GEORGII FABRICII.

*Immortale decus tibi donat Oporine virtus,  
Famaq; stellifero, quae volat alta, polo.  
Nam per te Latij libri Graijq; leguntur:  
Doctrinæq; nouâ laude reuixit honor. T iiiij*

Clauderis exigua magno sub nomine terra:  
Sed claudi tumulo gloria tanta nequit.  
Nam quot habent apices, tua quot monumenta si-  
Tot meritis par est reddere gratia tuis. (guras,  
CAROLI VTIENHOVII.

Lumine si cassis potuit qui reddere vitam:  
Nuper Oporinum mors tamen atra tulit:  
Heu quantis tenebris te circum fusa manet nox,  
Luce nihil dignum qui meditaris homo.  
Sol simul occubuit, iubar occuluitq; coruscum,  
Ceu moriens lucis linquit in orbe nihil.  
At sua Oporinus maior post fatala resurgens,  
Quo caret, hoc alijs donat habere iubar.

E I V S D E M.

Quisquis Oporinum fatis cessisse dolebit,  
Hic & Operinum doleat vixisse necesse est:  
Quem vixisse semel veniens latabitur etas.  
PAVLI MELISSI.

Ver, autumnus, hyems redarguebant  
Aestatem, quod Oporino fuisset  
Mortis causa: magis sed ipse multo  
Autumnus male ferre, ferre inique,  
Suum quod sibi Oporinum nec asset  
Aestas morbida Sirij neverca:  
Quis Tempus: Remouete, ait, querelas:  
Immutabilis hanc Dei voluntas  
Olim iam sibi destinata horam.

PETRI PITHOEL.

Prodeesse dum vult litteratis omnibus,  
Remq<sub>z</sub> ampliare litterariam studet,  
Oporinus artis litterariae decus,  
Absumfit omne patrimonium lubens:  
Sumfit q<sub>z</sub> volens vindicunque mutuō.  
Aeratus ergo cessit? imo aerarius,  
Plures rei eius debitores cui sient,  
Quos delegare creditoribus queat.

MICHAELIS GRAVII.

Cur cithara neros impellere gaudet Arion?  
Delphini insistit pes, premit alter humum?  
Scilicet indignè iactatus Oporinus alto,  
Nauigat in portu, numine Christe tuo.  
Sic q<sub>z</sub> vel inuitis piratis, liber ab omni  
Cura, cœlesti latitiam frutur.  
Carmina permulcent ratione carentia bruta:  
Flectere sed nequeunt cum ratione homines.  
Cedite, quos aurifares insatiabilis vrget:  
Elapsa est ipso remige præda Deo.  
Interea toto celebratus Oporinus orbe,  
Aeterna meruit landis habere decus.

NICOLAI REVSNERI.

Tot libros mundo qui protulit, instar Opora,  
Quæ varias cornu diuite fundit opes:  
Hic situs est operosus Oporinus. Ergo & Arion  
Cum cultore suo iam requiescit iners. T v